glomere fili. exire non valet. Quatuor vero
sunt laberinti. Primus egyptius. Secundus Cretensis
Tercius in lenno et quartus in italia h ille.
Dum autem ubera ipsius actoris perspiciens con-
templarer. Addendum credidi genti romane
esse laberintum. Unde si in eius dolum quis-
piam dedalizare contingit ergastulis hic nubilose
fortune sponsionibus offusatus reflexos calles
servitutis dirigere nescit ad exitum et ab astip-
ulacionis servitutis iugo quo colligitur obnoxius
nisi ipsi manumissionis ianua reperire. Et dum
medium silencium tenerent omnia et nox in suo cursu
medium iter pergeret meditacione plausibili hec in
penetrabilium mentis armariis recenserem. Nunc per
rectum dimetiens nunc per obliquum corporis inci-
dantis compago optonia inepta vacillante
disfibulans artus volubilibus orbicularis cubi-
lis circinabat tetragonos. Sed cum iam noctis
~~temulas~~ temulabant umbraticale luciasque amore
rutilans conscribat. Grandi sompno correptus
sub quodam sompniosi visionis enigmate quendam
virum utique cernissem nec mediocriter macile-
ntum ad me clementer aspexi cuius per gramineia
saltantes pedes nec ponderis corporis subste-
rent lassiti telluris superficiem vix terere
videbantur sicque macilencione vultus prima
que gravicellis anicule quam quippe lagos
rethis eripuit in vivencium alto culmine ...

l. penetrali

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_ott_lat_259/0188
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991